

absolutum. Mortuus est autem iste Esciani
anno tercentesimo tricesimo primo de
Ehégira in civitate Bafre Arabia felicis
in confinibus Persiae. ¶

De Abulhusein Essophi.

Abulhusein Essophi de Civitate Baga-
dad maximus, & Philosophus, et Astro-
logus exivit. Composuit enim librum in
theoricam Astrologia; primusque
fuit, qui signa, & stellas cum planetis
pinxit: eoque inter Astrologos et veneratur
et dicebatur. De quo magis dictum est
magis intellegisse orbem caelestia, quam Ptole-
meus, terrena; qui mortuus est in Civitate
Bagadad. Anno tercentesimo octuagesimo
tertio de Ehégira. ¶

De